



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**


§. 1. Nova Pontificis studia ad concitandos Principes in Turcas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)



HISTORIÆ  
ECCLESIASTICÆ  
LIBER CXVII.



INNOCENTIUS VIII. PAPA.  
FRIDERICUS III. OCCIDENT.  
IMPERATOR.

§. I.

*Nova Pontificis studia ad concitandos  
Principes in Turcas.*

Papa indefesso, ut saltem præferebat, Sæcul. XV.  
studio, Turcicum bellum urgebat; A.C. 1491.  
quapropter Raynaldo Cardinali Hun-  
gariæ, Poloniæ, Porussiæ ac Russiæ Le-  
gato negotium dedit, ut ad solvendam  
fidem Principes stimularet; hi enim ge-  
minum

*Vialard in  
vit. Innoc.  
VIII.*



Sæcul. XV. A.C. 1491. minum exercitum instruere spondebant, quorum uni ex Hungaris, Bohemis, Polonis, Valachis, Poruffis, Lithuanis, & Russis composito ad invadendam Bulgariam, & Thraciam Wladislaus unacum Legato Apostolico præesset: alterius vero ex Germanis, Danis, Flandris, Burgundionibus, & honoraria Gallorum militia conflati imperium Maximilianus teneret, operamque suam Wladislao jungeret ad devastandas finitimas Sultani Provincias. Præterea exoptabat Innocentius, ut Venetiis instrueretur classis, Anglis, Scotis, Hispanis, Gallis, atque Italici duntaxat armata, quæ transvehendis peditibus, equitibusque usui esset: illius vero supremum regimen Franciæ, vel Angliæ, vel Arragoniæ Reges gererent, si autem horum alteruter imperium recusaret, id Legato Apostolico deferretur, ipso summo Pontifice expeditioni præsentate. Verum speciosa hæc consilia haud feliciori successu quam priora ad executionem deducta fuere, & quamvis Innocentius ad instruendam hanc classem parata haberet ducenta aureorum millia, & Galliarum Rex duodecim majoris alvei naves ad facienda vela promptas teneret, necnon Clero suo decimas imponeret, nihilominus hostiles Bajazethis impetus adeo non repressi sunt, ut etiam in Hungariam populabundus



dus excurreret, & compluribus combu- Sæcul. XV.  
 stis Ecclesiis, innumeram fidelium A.C. 1491.  
 turmam in captivitate abstraheret, to-  
 tamque Provinciam usque ad Croatiae  
 & Transylvaniæ fines cruenta vastatio-  
 ne emetiretur, ac nonnullas etiam urbes,  
 nemine victoriarum cursum sistente subi-  
 geret.

§. II.

*Constitutio Innocentii pro libertate  
Ecclesiastica.*

Ardentiori adhuc studio summus Ponti- Bullar. in  
 fex sedis Apostolicæ jura tuebatur; Innoc. VIII.  
 cum enim complures ad Papam appella- Constit. 17.  
 ront, ac proprii fori iudicibus, eorum-  
 que sententiæ sese subtraherent, adversæ  
 partes ejusmodi appellantes ac judicia  
 impedire præsumebant, quinimo etiam  
 illi, qui in hac caussa a iudicibus cita-  
 bantur, ut Romanæ curiæ sententiam  
 aufugere possent, omni ope & opera li-  
 tem suam ad judicia sæcularia trans-  
 ferre contendebant. Summus Pontifex  
 Apostolicæ Sedis auctoritatem tam ab  
 his quam ab illis violari ratus, ut *huic mor-  
 bo* (inquit) *medelam adhiberet*, die vigesi-  
 ma tertia Februarii Anno millesimo qua-  
 dringentesimo nonagesimo primo Con-  
 stitutionem edidit, qua non modo hos,  
 sed & illos anathematis poena perculit,  
 decla-